

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,  
De Vita Excellentium Imperatorum**

**Nepos, Cornelius**

**Lipsiae, MDCCXIV**

**VD18 12591890**

XXIV. M. Porcius Cato. Ex libro posteriore Cornelii Nepotis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16472**

## XXIV.

## M. PORCIUS CATO.

## Ex libro posteriore Cornelii Nepotis.

## ARGUMENTVM.

1. Cato adolescens in Sabinis versatus, dein Romam deductus in foro esse coepit. Militiam secutus Marcelli in Sicilia; Neronis in Italia, fortiter apud Senam pugnavit. Inde quaestor, aedilis, praetor, Ennium Romam adduxit. 2. Consul Hispaniam sortitus est, unde frustra illum Africanus voluit depellere: censura graviter functus, per omnem aetatem inimicitias reipublicae causa suscepit: 3. Bonus agricola, iurisconsultus, imperator, orator, quamlibet senior litterarum studia arripuerat. Scripsit orationes & historias, quibus originem & bella P. R. nec non miranda Italiae & Galliae persecutus est. Plura de illo Nepos libro singulari.

**C**ato ortus<sup>1</sup> municipio<sup>2</sup> Tusculo, adolescen-  
tulus, priusquam<sup>3</sup> honoribus operam daret,  
versatus est<sup>4</sup> in<sup>5</sup> Sabinis, quod ibi<sup>6</sup> heredium a

\* Ex libro posteriore] Haec in Gebhardi & Boecleri posteriore apparent, an ex MSS. sumpta, incertum: hoc autem certissimum ex fine Hannibalis, illo duce clausum fuisse priorem librum de exteris imperatoribus. C.

Cap. I. <sup>1</sup> municipio] vrbe iuri Romano subiecta.

<sup>2</sup> municipio Tusculo] Tullius Planciana cap. 8 Tusculum antiquissimum municipium vocat. Ibidem, num quando vides, Tusculanum aliquem de M. Catone, illo in omni virtute principe, gloriari? Interpres Ciceronis Val. Maximus III. 4 Nomen suum, inquit, Tusculi ignobile, Romae nobilissimum [Cato] reddidit. C.

<sup>3</sup> honoribus operam daret] eo allaboraret, vt honores consequeretur. <sup>4</sup> in] inter.

<sup>5</sup> Sabinis] populis mediae Italiae. vid. Tab. IV.

<sup>6</sup> heredium] Festus Pompeius, Heredium, inquit, praedium parvulum. Varro R. Rust. lib. 10. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat quina iugera, quod a Romulo primum diuisa dicebantur viritim: quae quod haeredem sequerentur, heredium appellarunt. C.

patre relictum habebat. <sup>7</sup> Hortatu <sup>8</sup> L. Valerii Flacci, quem in consulatu <sup>9</sup> censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna Censorinus narrare solitus est, Romam demigravit: in <sup>10</sup> foroque esse <sup>2</sup> coepit, <sup>11</sup> Primum stipendium meruit <sup>12</sup> annorum <sup>13</sup> decem septemque. <sup>14</sup> Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. <sup>15</sup> tribunus militum in <sup>16</sup> Sicilia fuit. Inde ut rediit, <sup>17</sup> castra secutus est <sup>18</sup> C. Claudii Neronis, <sup>19</sup> magnique eius opera aestimata est in <sup>20</sup> proelio apud Senam, <sup>21</sup> quo

<sup>7</sup> hortatu ] ex.

<sup>8</sup> L. Valerii Flacci ] Plutarchus in Catone post initium: Hic [ Valerius Flaccus ] habebat praedia vicina Catonianis, unde amicitia & occasio deducendi Romam, C.

<sup>9</sup> censuraque ] magistratu morum censendorum.

<sup>10</sup> foro esse coepit ] coepit causas agere coram iudiciis.

<sup>11</sup> Primum stipendium meruit ] Prima vice in exercitu militavit. <sup>12</sup> annorum ] iuuenis.

<sup>13</sup> decem septemque ] Tubero historicus apud Gellium X. 28 de Servio Tullio: inde ab anno septimo decimo quod idoneus iam esse reip. arbitraretur, milites scripsisse. Haec ergo militaris aetas. Bello Punico II. inopia iuniorum in militiam adlecti, qui nondum militari aetate essent. Unde tribuni pl. ad populum ferebant, ut, qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, eis perinde stipendia procederent, ac si septem & decem, annorum, aut maiores, milites facti essent Livius XXV. 5. C. <sup>14</sup> Q. Fabio ] sub.

<sup>15</sup> tribunus militum ] Duo genera tribunorum: equestris post quina stipendia annua fiebant: plebei post dena. Lips. Mil. Rom. I. 2. ex Polyb. VI. 17. C.

<sup>16</sup> Sicilia ] insula maris mediterr. vid. Tab. IV.

<sup>17</sup> castra secutus ] er ist ins feld gezogen.

<sup>18</sup> C. Claudii Neronis ] qui cum Livio Salinatore Hasdrubalem oppressit. C.

<sup>19</sup> magnique ] pretii res.

<sup>20</sup> in proelio apud Senam ] supra Senam Gallicam ad Metaurum flumen. Livius XXVII. 46 Ad Senam castra alterius consulis erant, & quingentos inde ferme passus Hasdrubal cecidit

cecidit Hasdrubal frater Hannibalis. <sup>22</sup> Quae-  
stor <sup>23</sup> obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, con-  
suli: cum quo non pro <sup>24</sup> sortis necessitudine vi-  
xit, namque ab eo <sup>25</sup> perpetua <sup>26</sup> dissensit vita.  
<sup>27</sup> Aedilis pl. factus est cum C. Heluio. Praetor <sup>4</sup>

*bal aberat. Inde Ciceroni de clar. orator. cap. 18 proelium Senense dicitur. quos [inquit,] ludos Salinator Senensi proelio vouerat. Rursus Liuius c. 1. dux [itineris] per nota vada Metaurum flumen tranauit; --- Hasdrubal ripa fluminis signa ferre iubet. Horatius Od. IV. 4.*

*Quid debeas, o Roma, Neronibus,  
Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal  
Deuictus, C.*

<sup>21</sup> quo ] in. <sup>22</sup> quaestor ] ein kriegszahlmeister.

<sup>23</sup> obtigit ] sc. Reipublicae Romanae: h. e. factus est.  
*Hoc mihi obtingit, idem est quod mihi fit.*

<sup>24</sup> sortis necessitudine ] Sorte, quae sancta erat, quaestores legebantur, quem quisque praetorem aut proconsulem in prouinciam sequeretur. Vnde summa inter quaestorem & praesidem necessitudo, tanquam inter diuinitus coniunctos. Cicero Diuinat. in Verr. cap. 19 *Sic a maioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiore, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam conuinctionem sortis, quam prouinciae, quam officii, quam publicam muneris societatem. Idem Epist. Fam. XIII. 10 Cum ad te tuus quaestor M. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum, qui, ut te non fugit, hanc quaesturae conuinctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse. C.*

<sup>25</sup> perpetua ] in.

<sup>26</sup> dissensit vita ] Origo dissensionis ex quaestura, quia parcus Cato: Scipio liberalis, ubi otium esset, in ludorum & conuiuorum apparatu. Catonique dixisse fertur, se non egere *ταπεινά ἀνελεύθερος*, quaestore nimis accurato: contra Cato illum accusabat *ὡς ἰσχυρῶς ἀνὰ παννυχίοντα*. quasi non exercitum duceret, sed festos dies ageret, Plutarch. f. 338. C.

<sup>27</sup> Aedilis plebis ] baumeister de aedile pl. & praetore  
<sup>28</sup> pronun-

<sup>28</sup> prouinciam obtinuit <sup>29</sup> Sardiniam, ex qua quaestor superiore tempore <sup>30</sup> ex Africa decedens, Q. Ennium poetam deduxerat: quod non <sup>31</sup> minoris existimamus, quam quemlibet amplissimum Sardinensem triumphum.

II Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, <sup>1</sup> sorte prouinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea triumphum deportauit. Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus consul iterum, cuius in priore consulatu quaestor fuerat, voluit eum de prouincia depellere, & ipse ei succedere. <sup>2</sup> neque hoc per senatum efficere potuit, cum

vide Cantelium de Republ. Rom. part. 2. diff. 2. c. 3. 4. de quaestore c. 6.

<sup>28</sup> prouinciam obtinuit ] sorte puta, vt ineunte cap. 2. dicitur. C.

<sup>29</sup> Sardiniam ] inf. maris mediterranei. vid. Tab. IV.

<sup>30</sup> ex Africa decedens Q. Ennium ] In Africa Scipionis quaestor fuerat M. Cato. Decedens ex illa prouincia, & in Sardiniam itinere delatus, poetam Ennium, qui ibi militauerat, (Sil. Ital. XII. 391) offendit, & Romam secum deduxit, quod initium elegantiorum litterarum Romanis fuit, eiusque rei gloria, non minor quam triumpho, in nostrum Catonem redundauit. Non autem Sardinensis fuit Ennius, sed Rudius homo, teste Cicerone pro Arch. c. 10. siue vt Silius ait lib XII. 394.

Miserunt Calabri, Rudiae genere vetustae. C.

<sup>31</sup> minoris ] pretii rem.

Cap. II. <sup>1</sup> sorte prouinciam nactus ] Sorte obtingebant prouinciae, nominibus praetorum in urnam coniectis. Caesar B. Civ. 1. 30 Africana sorte Tubero obtinere debebat. De eodem Tullius pro Ligar. cap. 7 Tiberonis fors coniecta est ex SC. cum ipse non adesset. Talis sortitio prouinciarum describitur a Liuiio XXXIV. 43. & passim alibi. C.

<sup>2</sup> neque hoc per senatum efficere potuit ] At successisse ei Scipionem Magnum, Plutarchus tradit f. 342: nihil autem de successione Liuius habet, sed tantummodo praequidem

quidem Scipio <sup>3</sup> in ciuitate principatum obtine-  
ret: quod tum non <sup>4</sup> potentia, sed iure republ.  
administrabatur. Qua ex re iratus, <sup>5</sup> consulatu  
peracto, <sup>6</sup> priuatus in <sup>7</sup> vrbe mansit. At Cato, <sup>2</sup>  
censor cum eodem Flacco factus, seuere praefuit  
ei potestati. Nam & in <sup>8</sup> complures nobiles <sup>9</sup> ani-  
maduertit: & multas res novas <sup>10</sup> in edictum ad-  
didit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum  
incipiebat <sup>11</sup> pullulare. Circiter <sup>12</sup> annos octo- <sup>3</sup>  
ginta vsque ad extremam aetatem, ab adolescen-  
tia, reip. causa suscipere inimicitias non destitit.  
<sup>13</sup> a multis tentatus, non modo nullum detri-

tores in Hispaniam, vtpote in qua debellatum esset, mis-  
sos fuisse, & in vltiorem quidem P. Cornelium Scipio-  
nem Nasicam, Africani patrualem: in citeriorem Sex.  
Digitium. *Liuius XXXIV. 43. C.*

<sup>3</sup> in ciuitate principatum obtineret ] Nam semel iterun-  
que censores diuersi illum principem senatus legerant.  
*Liuius XXXIV. 44. C.* <sup>4</sup> potentia ] ex.

<sup>5</sup> consulatu peracto ] altero Scipionis consulatu. Vulgo  
legitur *senatu peracto*, quod non cohaeret cum iis, quae  
sequuntur, *priuatus in vrbe mansit*. Pighius autem *consu-*  
*latu* iussit substitui, quod valde probat Courtinus. Aut  
plenius legam ex Bosii coniectura: *qua ex re iratus sena-*  
*tui, consulatu peracto, priuatus in vrbe mansit. C.*

<sup>6</sup> priuatus ] sine publico officio. <sup>7</sup> vrbe ] Romae.  
<sup>8</sup> complures ] Septem senatu mouit, & in his nobilitate  
& honoribus, insignem L. Quintium Flaminium consu-  
larem. *Liv. XXXIV. 42. C.* <sup>9</sup> animaduertit ] puniuit.

<sup>10</sup> in edictum addidit ] vt senatus Rom. edicto firma-  
rentur.

<sup>11</sup> pullulare ] in germine erat luxuria belli Punici se-  
cundi temporibus: post tertium, id est deleta Cartha-  
gine, in segetem excreuit. Viam enim luxuriae aperuit  
posterior Scipio sicut prior potentiae. *Vellei. Paterc. II.*  
*ineunte. C.* <sup>12</sup> annos ] natus ante.

<sup>13</sup> a multis tentatus ] Aurelius Victor de vir. illustr. ipse  
mentum

mentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum<sup>14</sup> laude crevit.

III In omnibus rebus<sup>1</sup> singulari fuit prudentia & industria. Nam &<sup>2</sup> agricola sollers, &<sup>3</sup> reipub. peritus, & iuris consultus, & magnus imperator, &<sup>4</sup> probabilis orator, & cupidissimus litterarum<sup>5</sup> fuit. <sup>5</sup> Quarum studium et si<sup>6</sup> senior arripuerat, tamen tantum in eis progressum fecit, vt non facile reperire possis, neque de Graecis, neque de <sup>3</sup> Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia<sup>7</sup> confecit orationes. Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas Regum pop. Rom. Secundus & tertius vnde quaeque ciuitas orta sit Italica. Ob quam rem omnes <sup>8</sup> Origines vide-

[Cato] *quadrages quater accusatus, gloriose absolutus. Plutarchus habet quinquages. Tentare itaque est adgredi, petere; accusationibus puta. C. <sup>14</sup> laude] in.*

Cap. III. <sup>1</sup> *singulari] praeditus.*

<sup>2</sup> *agricola sollers] quod ex libro eius de Re Rustica manifestum est. Nam urbanas rusticasque res pariter callebat. Liv. XXXIX, 40. C. <sup>3</sup> reipubl.] in peritia.*

<sup>4</sup> *probabilis] qui approbationem meretur.*

<sup>5</sup> *quarum] litterarum.*

<sup>6</sup> *senior arripuerat] Ipse apud Ciceronem de Senect. c. 8. Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dicit: vt ego feci, qui Graecas litteras senex didici. C.*

<sup>7</sup> *confecit orationes] Centum quinquaginta eius orationes Ciceronis aevo exstabant, plures autem omnino scripserat, quae inueniri non poterant. Cic. de clar. Orat. c. 17. C.*

<sup>8</sup> *Origines] Cicero de Originibus Catonis c. I. Origines eius quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Caue ergo, deformem foetum Annii Viterbiensis pro Catonis Originibus habeas, quo profecto nihil inficetius est, nihil indignius Catone. Vide Cur, Posteriores nostras p. 401. C. tur*

tur appellasse. In quarto autem bellum <sup>9</sup> Punicum primum: in quinto <sup>10</sup> secundum. Atque haec omnia <sup>11</sup> capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella <sup>12</sup> pari modo <sup>13</sup> persecutus est, usque ad praeturam <sup>14</sup> Ser. Galbae, qui diripuit <sup>15</sup> Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia <sup>16</sup> Hispaniisque videntur admiranda. In quibus multa industria & diligentia comparet, multa <sup>17</sup> doctrina. <sup>18</sup> Huius de vita & moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, <sup>19</sup> rogatu

<sup>9</sup> Punicum ] cum Poenis ab Romanis gestum.

<sup>10</sup> secundum ] bellum Punicum.

<sup>11</sup> capitulatim ] id est *summatim*, per capita, sive ut Plinius minor explicat lib. VI. epist. XXII *κατὰ κεφάλαια*. Usus & Plinius maior II, v. 12. Nunc, inquit, *confessa de iudem breuiter atque capitulatim attingam. C.*

<sup>12</sup> pari modo ] in. <sup>13</sup> persecutus ] emarravit.

<sup>14</sup> Ser. Galba, qui diripuit Lusitanos ] hanc historiam illustrat Cicero de Clar. Orator. cap. 23 *elegantiam in Laelio, vim (ait) in Galba fuisse. Quae quidem vis tum maxime cognita est, cum, Lusitanis a Ser. Galbae praetore contra interpositam fidem interfectis, T. Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam, privilegii similem, ferente, summa senectute M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit, quam orationem in origines suas retulit. Galba tamen iudicium euasit misericordia populi commota propter suos & C. Galli liberos, quos populo ostendebat, fletu & orbitate miserabiles. De eloquentia huius Galbae ibidem Cicero cap. 21. 22. & 33. C.*

<sup>15</sup> Lusitanos ] die Portugiesen, incolas regionum occidentalium in Hispania. vid. Tab. I.

<sup>16</sup> Hispanis ] ita in plurali dicimus, quia in *ulteriorem & citeriorem* diuidebatur Hispania. Sic Gallias dicimus, quia in *cis- & transalpinam*, & haec iterum in alias partes: sic Polonias quia in *minorem & maiorem* diuiditur.

<sup>17</sup> doctrina ] eruditio. <sup>18</sup> huius ] Catonis, <sup>19</sup> rogatu ] ex.



Tiri Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis,  
ad illud volumen delegamus.

XXV.

T. POMPONII ATTICI VITA  
EX CORNELIO NEPOTE.

ARGVMENTVM.

1. Atticus in genere clarus, & optimo parente usus, puer con-  
discipulos antecellit & ingenio & studio. 2. Patria orbatus  
in periculum incidit Sulpicii adfinitate: Cinnano tumultu A-  
thenas se studiorum causa confert: Marium pecunia suble-  
uat, rebus suis eo translatis, carus est Atheniensibus. 3. qui  
honores ei publice habent, quos ille parce admisit. Fortuna  
dedit patriam dominam; prudentia studiorum sedem opti-  
mam. 4. Sullae quoque carus ob humanitatem & doctrinam,  
quem tamen sequi abnuuit: Atheniensibus (aeque ac amicis)  
officia praestat, qui illum Romam remigrantem lacrimis per-  
sequuntur. 5. Asperitatem Caecilii fert, quare heres illius  
factus: Ciceronis & Hortensii copula. 6. Semper optimarum  
partium: honores non petiit, iustus, abstinens, ut neminem  
in provinciam sequeretur. 7. Bello Caesariano usus vaca-  
tione aetatis. Pompeianos amicos opibus iuuuit: nec Pompe-  
ium offendit quiete, nullo ei beneficio obstrictus; neque Caesarem,  
cui haec quies fuit gratissima. 8. M. Bruto, occiso  
Caesare amicus, etiam abiecto & fugienti: 9. nec Antonio  
hosti iudicato inimicus, salua Ciceronis & Bruti amicitia,  
Fulviae in periculis praesens. 10. Ut rediit Antonius, de-  
cessit de foro, timens proscriptionem, sed & hanc procellam  
evasit. 11. proscriptis permisit villam Epiroticam: utriusque  
fortuna ex aequo amicus. 12. Socer Vipsanii, conciliatore  
Antonio, qua adfinitate solum usus in deprecandis amico-  
rum periculis. 13. Bonus pater familias, usus familia me-  
diocri, sed perita & docta; elegans, non sumtuosus. 14. nun-  
quam sine lectione coenatus, utramque fortunam aequaliter  
ferens; sine villis sumtuosis. 15. Verax, in amicorum ne-  
gotiis laboriosus: 16. humanissimus, Ciceroni familiarior,  
quam frater Quintus, uti ex epistolis constat: 17. in matrem

&